



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 63. Ferdinandus IV. Romanorum Rex vita functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

tificio redemptam secta invaluit, & Sæc. XVII.
 Catholicorum viribus omnino succisis A. C. 1654.
 Religioni veræ vix ulla respirandi spes
 reliqua fuit: ut vero Cronwellus Hi-
 bernos hæreticos sibi arctius adstringe-
 ret, & Catholicos validius opprimeret,
 Henricum Filium suum eis præfecit, ei-
 que Sedem assignavit Dublinum.

§. LXIII.

*Ferdinandus IV. Romanorum Rex
 vita functus.*

Vix quadragesimus dies post faustum
 Ferdinandi III. Cæsaris reditum ex
 comitiis Ratisbonensibus effluxerat,
 cum Ferdinandus IV. ejus Filius ac
 Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ
 Rex Viennæ decederet; die enim
 quinta Julii Variolis affici, & decum-
 bere incæperat, moxque mali ex in-
 sperato urgentis violentia tantis acces-
 sionibus augebatur, ut ex Medicorum
 sententia de salute hujus Principis a-
 ctum videretur: quocirca die septima
 ejusdem Mensis ipsemet sacro Christi
 Corpore, ac unctione extrema Catho-
 licum in morem præmuniri petiit; ea-
 dem vero die animam suam Deo re-
 poscenti placidissime reddidit, & ter-
 restre Regnum æterno vix vigesimum
 primum ætatis suæ annum ingressus

Sæc. XVII. commutavit, ingenti Patris sui luctu
A. C. 1654. & maximo Rei Christianæ damno, ce-
 jus in gloriam atque incrementum pie-
 tissimus hic Princeps adoleverat. Cor-
 pus ejus aromatibus conditum funera-
 pompa in PP. Capuccinorum æde re-
 positum est: tam luctuosæ autem mor-
 casum per quædam prodigia fuisse præ-
 nuntiatum, spargebat nimis credulæ ple-
 bis levitas; plerumque enim in magni-
 rum funeribus cuncta, quæ casu minime
 frequenti eveniunt, vana Religione
 multitudine, quam tum superstitione ve-
 lidissime regit, in futuri casus vaticina-
 tia trahuntur: Ita interpretabatur ve-
 gus terræ motum, & ventos in Aus-
 tria, necnon incendia in Hungaria: no-
 deerant etiam, qui Regii hujus Præ-
 cipis decessum paulo ante per Aquilam
 cujusdam pullum in arce nutritum fuisse
 annuntiatum crederent, eo quod inde
 inde avolans, nec redire visus, quæ
 terrarum devenerit, comperiri haud
 potuerit.

§. LXIV.

*Novem Præfules ab Innocentio X. Ro-
 mana Purpura decorati.*

*Ciacon. in
 vita Inno-
 centii X.*

Hoc item anno die secunda Martii In-
 nocentius X. Papa duos Cardina-
 les evulgavit, quos jam ante biennium